

Johann Affelmann

Rector Academiae Rostochiensis Johannes Affelman, S. S: Theologiae D. & Professor, ad Exequias, Quas Puellae ... Filiolae ... Annae Margaretae, Vir ... Dn. Bernhardus Clingius, Senator urbis huius ... Omnes omnium ordinum cives Academicos amanter invitat

Rostochii: Ferberus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747405948>

Druck Freier  Zugang



Rector

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS


JOHANNES AFFELMAN,

S. S. Theologiæ D. & Professor,

ad Exequias,

Quas

Puellæ elegantissimæ,
Filiolæ dilectissimæ,



ANNÆ MARGARETÆ,

VIR AMPLISSIMUS ET EXCEL-
LENTISSIMUS

DN. BERNHARDUS CLIN-

GIUS, Senator urbis hujus prudentissimus,

hodierno die parare constituit,

*Omnes omnium ordinum cives Academicos
amanter invitat.*



ROSTOCHII

Typis Augustini Ferberi.

ANNO M, DC. XVIII.

LB FP Clingius, Anna 1618

H St in Platonis & Platoniorum scriptis celebre ;
Quo tempore , Juppiter exacto Saturno orbem ter-
rarum gubernare cœperat , adfuisse coram illo ,
voluptatem quoq; & dolorem : & se mutuo
graviter accusasse : cumq; ille nihil non tentaret , quò in gra-
tiam litigantes reduceret , frustra omnia conatum ipsos tan-
dem renitentes adamantinis vinculis constrinxisse , ut quam-
vis disiderent , perpetuo tamen sociati atq; conjuncti essent.
Quod sanè , ut primâ fronte ridiculum est , nec fidem meretur
ullam : ita festivitatis antiqua & sapientia Socratica , non
adumbratam imaginem , sed expressam præ se fert effigiem .
Quum enim in hoc mortalium orbe dolorem voluptas , volu-
ptatem dolor à tergo insequatur , & , qua Bernhardi est sen-
tentia , nemo in honore sine labore , in prælatione sine tribula-
tione , in sublimitate sine vanitate , esse possit : fatali quadam
lege , & Dei immortalis sanctione , ista evenire funguntur . Atq;
est profecto ita , ut dixi . Quemadmodum enim , si Plutarcho
credimus , Palmæ medulla , & Polypi piscis caput , lingue
quidem & palato dulcia admodum videntur : de quibus ta-
men , illa , capitis dolorem vehementissimum facit : hoc , som-
num , laborum & sollicitudinum omnium perfugium , visioni-
bus formidolosus interpellat : sic in vita humana , & qualibet
ejus parte , dulcia amaris , læta tristibus , & his illa , innexa sunt :
& ut Poëta ait , Sunt bona mista malis , sunt mala mista
bonis . Idem argutè , tam Græci mihi innuere videtur , quàm
Romani : quorum illi , in festo Oschophoriorum sacrificanti-
bus , EVGE , HEV ! acclamabant : hi , Volupiam & Ange-
roniam , (Angeronam legunt alii) alteram ab angoribus dictâ ,
alteram à voluptate , duas in uno templo Deas simul colebant :
quin & Angeroniæ simulacrum in ara Volupia collocabant ,
ore signato & clauso , patientiæ indice : quo de Macrobius .
Intelligebant utriq; , habere has vices conditionem mortalium ,
ut se-

ut secunda ex adversis, ex secundis adversa nascantur: intelligebant, verè dicit à Comico, cujus sermone Musas fuisse locuturas, si Latine loqui vellent, doctissimus Romanorum, Varro dicebat, in Amph: Ita cuiq; comparatum est in ætate hominū, voluptati ut mæror comes cōsequatur. Nimirum cum in vitam primum venimus, ea nobis omnibus dicta lex est: ut quemadmodum aër, quem ducimus, modò sudus, modò udus est: ita & vita nostra, gaudii & luctus perpetuas sortiatur vices, curasq; letitia vel prævias, vel sequaces. Miscentur tristia latis, & subtexta malis bona sunt, lacrymæq; sequuntur vota, juxta Manilium, dolor & voluptas invicem cedunt, juxta Senecam, & ut Lucretii utar verbis, medio de fonte leporum, surgit amari aliquid. Longum foret, si velim ad hoc probandum argumenta conquirere, exempla contexere, quæ magna copia ex sacris & profanis literis, ex omnibus orbis & vitæ humanæ partibus se offerunt: unum saltem adducam, quod ad rem præsentem facit, & Symmachus mihi suggerit, quando in Epistola ad Protadium: Natæ, inquit, sobolis primus parentes dies hilarat, mox pii metus brevem gratiam fugant. Pauca verba, sed ponderosa, & singula pene dixerim singula testimonia. Simul enim atq; nati sunt liberi, parentum animi gaudio non tantū titillantur, sed & ea parentes cura torquet, ne quid mali vel cum nutricis lacte sugant, vel à papulis, varis, ecchymatis, pustulis, destillationibus, catarrhisve, patiantur, neve virtutum semina aut in herba ipsa, quod ajunt, comprimantur, aut in flore adolescentia pereant, aut, ubi ad frugem pervenerunt, immatura mortis falce refecentur, aut etiam insiti illi & innati naturæ foscule, vel in ipsis cunis, mortiferi sibili adflatu quasi siderati, & calculis suis excussi, inarescāt, atq; ὠλεῖν ἀπομοριανantur. Quod cum fit, Deum immortalem, quam longus succedit brevi gaudio mæror? quot audiuntur gemitus & plo-

& ploratus? quanti sentiuntur & vix consolabiles dolores, ac saepe ne vestigium quidem prioris gaudij apparet. Experimentur hoc ipso anno, hanc ipsam, rerum, gaudij dico & doloris, vicissitudinem, vir Amplissimus, doctrinâ & virtute Excellentissimus, Dn. BERNHARDUS CLINGIUS, Senator urbis hujus prudentissimus, fautor & amicus noster honorandus. Huic enim, cum vicesimus tertius Maji, currentis anni, allatâ Matris morte, mœrorem incussisset non levem, eoq; pectus prudentissimum sauciasset, Deo mœrorem gaudio temperante, ejusdem anni dies decimus tertius Augusti, qui filia sua unica, ANNÆ MARGARETÆ, virguncula suavissima, natalis fuit, latissimus illuxit. Considerans enim ipse secum, liberos esse benedictionis divinae argumentum, esse, ut Psalter Regius loquitur, Dei hereditatem & κληρονομίαν, non potuit in sinu non gaudere, & omnibus latitjs incedere, posteaquam, præter tres, ex uno eodemq; conjugio, jam ante susceptos filios, Bartholomæum avo, Bernhardum abavo, & Joachimum proavo cognomines, conjugij suavissimi fructus suavissimos & masculos, se novâ, sequioris sexus, sobole, eâq; non parte aliquâ corporis captâ aut debili, sed integra, & ipsa membrorum ac lineamentorum conformatione egregiam animi indolem (species quippe corporis, ut Ambrosius ait, simulacrum est mentis) præ se ferente, divinitus auctum vidit. Filiolam hanc voluptatem ac delicias suas putavit, sicut Euripides quoq; ait, Filiâ nihil suavius esse Patri: quæ ut animi magnitudine masculis concedit, ita blanditijs longè eos superat. Sed ecce: voluptatem hanc, quam ex jucundissimo filiola complexu, non ita pridem acceperat, & vix primoribus labris gustaverat, extremisq; ut dicunt, digitis attigerat, confestim, & sine ulla mœra, mox à tergo, dolor insequitur, quem immaturus, inopinus & planè insperatus Filiola obitus ipsi adfert longè gravissimum. Dum
enim

enim Pater Reipublica causa abest, mors in domum im-
pressionem interea facit, & tenerrimam infantem, ANNAM
MARGARETAM, in cunis adhuc vagientem, & non-
dum dimidiata verba tentantem, tam hostiliter invadit, ut post
intervallum non longum, patre absente, rerum omnium secu-
ro & ignaro, animulam innocentem extruderet, patriq; rever-
tenti putamina pro nucleo, cada ver pro homine, mortuam fi-
liam pro viva obtruderet. Usq; adeo brevis & fugax est ho-
minum vita; levis & fallax est mortalium letitia, ipsumq; ut
Seneca dicebat, quod Felicitas dicitur, Fel cōtinet presentis-
simum! Quam triste putabimus spectaculum hoc fuisse parem-
ti? ego profecto, non magis illud descriptione meâ me exprimere
posse confido, quàm Timantes olim vultum Agamemnonis pe-
nicillo. Is enim, cum in Iphigenia immolatione, filiâ stante
ad aras periturâ, mœstum pinxisset Calchantem, mœstiores
Ulyssēm Menelao patruo addidisset, & tristitia imaginem o-
mnem consumsisset; patris ipsius vultum, quem dignè non po-
terat ostendere, velavit, & suo cujusq; animo dedit astimā-
dum. Similem in modum ego, Domini CLINGII, libero-
rum amantiissimi patris, luctum non promo, sed in communibus
omnium sensibus, & in ipsa natura positum atq; infixum esse
cupio. Amasis quondam ad aliquem filio orbatum dixisse
fertur: Si non luxisti cum ille nondum esset in mundo, ne
nunc quidē lugebis, postquam in mundo esse desit. Sed huic ta-
men errori velum quadantenus obduxit pietas. Neq; verò
totos domestico hoc luctu parentes optimos commoveri mirū
est: qui tanto est gravior, quanto majus, quod inflictum ipsis
vulnus. Medici scribunt, & subscribit experientia, si partiū
humani corporis, ictu, morsu, vel punctu, solvatur compages,
aut vulnera, quæ vix tandem coaluerunt, & quibus cicatrix
nondum obducta est, refricentur, acerbissimos existere solere.

cratiatus: Quam ergo gravem; quam acerbum existimabitis doloris sen-
 sum, inflatum esse, pectoribus parentum defunctæ puella, quorum vulnus ex
 matris funere non ita pridem acceptum, quod obducta cicatrice nondum con-
 sanuit, nunc recruduit? Sed verò desinite mollium querelarum: nolite
 flere acerbius: nolite lugere immoderatus: nolite vos sternoptycæ dedere
 gentiliam: modum luctus ponite. Nam quæ funere efferetur hodie filio-
 la, non perit sed obit, ex hoc miserabili errorum & terrorum theatro, in
 quo, secundum Blesensem, inſta, cupiditas carnis, supra, assensus rationis,
 ante, incurſus Dæmonis, poſt, memoria criminis, ex vita, secundum Clare-
 vallengem, plena, præteritorum dolore, præſentium labore, futurorum timo-
 re, abiit; non amiſſa, ſed quia Deo placuit, hinc dimiſſa & præmiſſa. Nulla
 huic furioſa Ate, nulla improba Afrania, nulla Hecate truculenta quicquam
 amplius faceſſent negotii. Vi lacus Andurianus, teſte Plinio, neq; ex-
 hauſtis aquis minuitur, neq; infuſis augetur: ita Chriſtianorum eſſe, non
 magis infringi adverſis, quam inſoleſcere ſecundis, ſacer codex oſtendit.
 Cæterum ex ampliſſima florentiſſimaq; familia nata eſt in Domino defuncta,
 cui nunc orationem commodamus, virguncula: Patre, quem dixi, Dn. BERN-
 HARDO CLINGIO &c, & matre, ſerena matronalium virtutum
 ſplendore conſpicua, SOPHIA ELISABETHA STEINBRING, ſ,
 quam feminam, præſtantiſſimi Viri connubio digniſſimam, piè defunctæ
 AGNETA BREIDIA, feminæ lectiſſimæ, Dn. MICHAELIS, Senato-
 ris quondam hujus Reip. prudentiſſimi, filiæ unicæ, quæ cum primo & felici
 matrimonio junctæ erat: ad nomine & re ſecunda vota ante ſex annos
 tranſiens, non inſelictiori ſedere, dictus Dn. BERNHARDVS CLIN-
 GLIVS domum duxit. Avum defuncta virguncula paternum habuit, virum
 Ampliſſimum, Conſultiſſimum & Cl. Dn. D. BARTHOLOMÆVM
 CLINGIVM Jctum excellentiſſimum, Conſiliarium Megapolitanum, &
 hujus Academiæ per annos L. Profeſſorem, ejuſdemq; Antecęſſorem celeberr-
 mum, & optime meritum: Maternum autem, virum ampliſſimum & præ-
 dentiſſimum Dn. HENRICVM STEINBRINGIVM, Divi HEN-
 RICII JULII Brunſwicenſium & Luneburgenſium Ducis illuſtriſſimi, ſu-
 premum, per multos annos, caſtrorum ad Herciniam Sylvam præfectum lau-
 datiſſimum. Aviam utramq; habuit matronas à pietate & virtute laudatiſ-
 ſimas, Paternam, MARGARETAM KRONIAM, Viri Ampliſſimi &
 Spectatiſſimi Dn. JOACHIMI KRONII, Senatoris, cum alijs nomini-
 bus, cum in primis legationibus, quas publici commodi cauſa feliciter obivit,
 præla-


praclare meriti, & honestissima Matrona. AGNETÆ SMEDES, adhuc
quamvis 35. annos nata singulari Dei bonitate superstitis, filiam, & Amplis-
simorum quondam hujus Reipublice virorum BERNHARDI KRONII
Consulis, & M. LAVRENTII SMEDES Senatoris neprem, HENRICI
autem KRONII Consulis iidem amplissimi, & BALTHASARIS
SMEDES Civis hujus Reipublice primarij, proneptem. Aviam Maternam
habuit ANNA M LIPPIA M, feminam egregiam, ex egregia & praecla-
ra Lippiorum familia oriundam. Ab utraq; hac avia defuncte puellula
ANNÆ MARGARETÆ nomen inditum est. Tantis verò ortam ma-
joribus filiolum, catarrhus suffocativus ad extremum vite spiritum edendum
nudius sextus, circiter nonam matutinam, impulit. Omnes Stella, quæ ab O-
riente surgunt, feruntur in Occasum; sed alia tardius, alia celerius sese aspe-
ctui nostro subtrahunt: sic venustum hoc sidus, non aequè lentum cursum
tenuit, sed celeri cursu ad occasum mortis delatum est. Exemplo ostendens,
ipsam γένοιο nostram, sequi confestim ἔξοδος: id quod tacite etiam Philoso-
phatum Mosen illum θεοφιλέστατον, primis librorum suorum inscriptionibus,
Gregorius Nyssenus tradit. Hanc verò virgunculam efferre, & extremum
ei exequiarum honorem hodie tribuere destinarunt. Jam credo, postquam hoc
effati sumus, Jurisdictioni Academice subjectos, Dnn. Professores, Do-
ctores, Verbi divini ministros, Magistros, juvenes studiosos, scire, quid &
nos velimus, & quid deceat facere. Nimirum hic pietas & humanitas
certatim officium suum à nobis postulant. Demus ergo operam, & ad hoc pul-
crum certamen, tot honestis conditionibus provocati, compareamus; & qui-
dem ad horam PRIMAM, in illo, quod ad D. Mariam est, templo.
Neq; dubito quin facturi sitis, in gratiam Parentis, ordinis nostri fautoris sum-
mi, in gratiam cognatorum & affinium, & inter hos Clarissimorum virorum,
Dn. D. HENRICI STALMEISTERI Fcti, Consulis quondam Rei-
publice hujus primarij, nunc Regum & Principum Cancellarii & Consiliarii
magnifici, Dn. D. THOMÆ LINDEMANNI, Fcti & Professoris
in hac Academia celeberrimi & excellentissimi, Dn. THEODORI
BYSSII, F. V. D. eximii, & Hofato - Syverinensis Consiliarij consultis-
simi, Dn. REINHOLDI à GHEREN, F. V. D. eximii, & Advocati
judicii Megapolitani dignissimi, Dn. JOACHIMI COCHII,
Centumviri, viri humanissimi, literis & virtute politissimi, ordinis
nostri amantissimi, aliorumq; sanguine & affinitate junctorum, nostrorum,
respective, Dominorum Collegarum, fautorum & amicorum honorandorum:
quorum

quorum favorem, amorem & benevolentiam, qui in literis hic vivimus, indices
experimus. Compareamus, civis Academici, comitatu frequenti, exequias
eamus, animo repentes: plurimis, mortem esse in januis, omnibus,
in insidiis, singulis, in his animæ induviis. In Levitico præcepit
Deus, ut plumæ avium, quæ illi in holocaustum offerebantur, projicerentur in
locum, in quem cineres effundi solebant, ad orientalem plagam. Aves su-
mus nos, qui nos ipsas, in holocaustum, Deo debemus immolare; plumæ, sunt
mundi, hujus vanitates: has in locum cineris projiciamus; hoc est, exequias
eundo, mortē rectè meditēmur. Ita fiet, ut tandem experiamur illud, quod ele-
ganter Bernhardus eloquitur: Bona mors justī, propter requiem: me-
lior, propter novitatem: optima, propter securitatem. P. P. 12. No-
vembri Anno 1618.



enim Pater Reipublica causa abest, m
pressionem interea facit, & tenerrimam inf
MARGARETAM, in cunis adhuc va
dū dimidiata verba tentantem, tam hostilitate
intervallum non longum, patre absente, reru
ro & ignaro, animulam innocentem extrude
tenti putamina pro nucleo, cadaver pro hom
liam pro viva obruderet. Usq̄ adeo brevis
minum vita; levis & fallax est mortalium l
Seneca dicebat, quod Felicitas dicitur, Fel
simum! Quam triste putabimus spectaculum
ti? ego profecto, non magis illud descriptione m
posse confido, quàm Timantes olim vultum
nicillo. Is enim, cum in Iphigenia immolati
ad aras periturā, maestum pinxisset Calchias
Ulysses Menelao patruo addidisset, & trist
mem consumsisset; patris ipsius vultum, qu
terat ostendere, velavit, & suo cujusq̄, anin
dum. Similem in modum ego, Domini CL
rum amantissimi patris, luctum non promo, se
omnium sensibus, & in ipsa natura positum
cupio. Amasis quondam ad aliquem flij
fertur: Si non luxisti cum ille nondum e
nunc quidē lugebis, postquam in mundo esse
men errori velum quadantenus obduxit p
tatos domestico hoc luctu parentes optimos
est: qui tanto est gravior, quanto majus, qu
vulnus. Medici scribunt, & subscribit exp
humani corporis, ictu, morsu, vel punctu, so
aut vulnera, qua vix tandem coaluerunt, &
nondum obducta est, refricentur, acerbissimi

A 3



the scale towards document

im-
AM
non-
post
cu-
ver-
n fi-
ho-
s, ut
at is-
ren-
ere
pe-
ite
em
n o-
po-
nan-
ero-
ibus
esse
xiffe
, ne
cta-
verò
virū
ipsis
rtiū
ges,
trix
re
cia-